

§. 33. Vbi duplex notandum venit consolationis momentum,
sumquod DEVS spes est in opis, sumquod est in generatione justa, &
non est in ea otiosus, sed cum benedictione, Ps. III. v. 2. Autor ope-
ris imperfecti, homil. 45. in Matth. statuit de bonis parentibus nasci
bonos filios; quod si non intelligat Ἐνδεχομένος & plerunque sive
nonnunquam fieri, concedi non potest. Nam parentes liberos gene-
rant non secundum gratiam, sed naturam ut rectè contra Pelagium
disputat Augustinus, & natura sine gratia sorbet, ait Pro-
sper Aquitanicus Epist. ad Ruffin. & carnali nativitate omnes
filii sumus injustorum, cum vero per Christum renascimur, reddi-
mur generatio justorum, Dominumque querentium Psalm. 25. v. 6.
de justis & legitimis nuptiis filiorum DEI, non filii DEI, sed filii seculi
generantur, inquit Augustinus lib. 1. de nupt. cap. 17. Sic ab A-
damo erat Cain, à Nohā Cham, ab Isaaco Esau, quem tamen salva-
tum esse probabiliter putat Lutherus à Davide Absolon, à Ieroboamo
Abia super quem inventus est sermo bonus à Domino 1. Reg. 14. v. 13
& notum est proverbium: Heroum filii noxa & illud Homericum:

Ιαῦροι γάρ τοι παιδες ὁμοῖοι πατέρεπλοντες
Οἱ τάλεονες κακίς, παῦροι δὲ τε πατέρος αρέιοις.

Vide Erasm. in Chiliad. 1. Cent. 6. Euripid. in Helen. & Hera-
clid. & Tyraquell. de Nobil. cap. 22. num. 23. & seq. & in lib. 7.
connubial. à num. 1. & deinceps & maxime in 9.

Quid? Si vel naturaliter generant parentes, non semper liberos
edunt sibi similes: Exempla narrant Quintilianus, in declamat.
profœmin. Hieron. in quæstion. Hebr. in Genes. Augustin.
lib. 2. tractat. cap. 62. Thomas Morus in elegante carmine ad Sa-
binum. Sed urget autor, verba Christi, Matth. 23. vers. 31. Itaque
testimonio estis vobis met ipsis, quia filii estis eorum qui Prophetas oc-
ciderunt: p. Concedamus sanè hoc: concedamus Horatio od. 4.
lib. 4. fortis creari fortibus & bonis: vera scripserit Seneca: redit
ad autores genus, stirpemque pravam degener Sanguis refert: aliud
est